

## DUBIUM IV.

**Quid sit Reservatio Casuum,  
et quis habeat potestatem reservandi et absolvendi ab iis.**

578. **Quid est reservatio.** — 579. **Qu. 1. An sit licita et valida reservatio facta sine causa.** — 580. **Qu. 2. An ignorantes reservationem casum papalium ab ea excusentur.** — 581. **Dub. 1. An excusentur ignorantes casus reservatos ab episcopis.** **Dub. 2. Quid, si casibus episcopalibus sit annexa excommunicatione.** — 582. **Dub. 1. An possint reservari peccata venialia.** — **Dub. 2. An peccata mere interna.** — **Dub. 3. Quid, si peccatum fuerit externe leve et interne grave.** — 583. **An regulares possint reservare casus, et quos.** **An novitii et familiares sint exempti a casibus reservatis.** — 584. **Vide quae sunt apud Busenbaum.** — 585. **Quando possit simplex confessarius absolvire a reservatis.** — **Dub. 1. An si impedimentum sit perpetuum, possit directe absolvire.** — **Dub. 2. An tunc poenitens teneatur confiteri ut possit communicare.** (*Remissive ad n. 265, Qu. 1.*) — **Dub. 3. An tunc debeat manifestare etiam non reservata.** (*Remissive ad eundem n. 265, Qu. 2.*) — 586. **Quid, si peccatum est tantum reservatum in loco confessionis.** — 589. **Dub. 2. Quid, si est tantum reservatum in patria.** **Et quid, si quis discedat a patria in fraudem.** **Et quomodo intelligendum est in fraudem.** — 590. **Dub. 3. An peregrinus possit absolviri a censura reservata in patria.** — 591. **Dub. 4. An peccans in aliena dioecesi, ubi casus est reservatus, incurrit reservationem.** **Et an excommunicationem annexam.** — 592. **Dub. 5. An peccans in monasterio exempto vel in aliena dioecesi possit absolviri in patria a simplici confessario.** — 593. **Dub. 6. An episcopi possint absolvire peregrinos a casibus papalibus occultis, et cum eis dispensare in irregularitatibus.** **An eamdem facultatem habeant vicarii capitulares, et alii praelati habentes jurisdictionem quasi episcopalem.** — **Not. 1. An episcopi possint tollere reservationem extra sacramentum.** **Not. 2. Quid, si episcopus inciderit in crimen reservatum.** **Not. 3. Quando intelligatur crimen esse occultum.** **An autem episcopus possit dispensare in votis cum peregrinis.** **Et in irregularitatibus, etc., cum impeditis.** (*Remissive.*) — 594. **Dub. 7. An facultas in cap. Liceat sit pro casibus tantum ante concilium reservatis.** — **Dub. 8. An episcopi absolvere possint moniales quae ad malum finem occulte clausuram frangunt.** — **Dub. 9. An episcopi possint absolvire a reservatis ab aliis episcopis.** — **Dub. 10. An episcopi possint hanc facultatem generaliter committire.** — **An possint absolvire a casibus bullae Coenae.** (*Remissive.*) — 595. **An superior possit aliquando absolvire a reservatis, et pro aliis mittere poenitentem ad inferiorem.** — 596. **An absolutus ab habente potestate possit a quocumque accipere absolutiōnem de reservatis.** — **Qu. 1. An, si poenitens confiteatur bona fide vel obliuiscatur reservati, valide et licite absolvatur a simplici confessario.** — 597. **Qu. 2. An confessus superiori, et oblitus reservati, possit a quocumque absolviri.** — 598. **Qu. 3. An per confessionem inculpabiliter invalidam tollatur reservatio.** — **Qu. 4. Quid, si confessio fuerit sacrilega.** — 599. **Qui possint absolvire a reservatis.** — **An poenitentiarum.** — **An Mendicantes possint absolvire a casibus episcopis vel ab episcopis reservatis.** — 600. **Qu. 1. Utrum in dubio an poenitens incurrit casum reservatum, possit a quocumque absolviri.** — **Qu. 2. Quid, si postea poenitens cognoscat peccatum ut certum.** — 601. **Qu. 3. An, qui peccavit in confidentiam licentiae.** — **Qu. 4. An licentia valeat pro peccatis etiam post illam commissis.** — 602. **Qu. 5. An moniales subjaceant reservationi factae ab episcopo.** — **Qu. 6. An subjaceant moniales exemptiae.** — **Qu. 7. An episcopus quoad clausuram possit casus monialium reservare.**

Reserva-  
tio casuum,  
quid,

578. — **« Resp. Iº. Reservatio haec est negatio jurisdictionis circa aliquod peccatum.**

« Ac certum est in Ecclesia potest tem esse quaedam peccata reservandi, a quibus inferiores confessarii non possint absolvire: ut sic subditi melius dirigitur et absterreantur a peccatis, quo-

rum difficilem remissionem vident. Quamquam, nisi graves cause sint, non debet quivis, neque qui potest, quidvis facile reservare, neque difficulter veniam dare absolvendi a reservatis: ne alioqui cedat in destructionem, quod debebat in aedificationem. — Porro, etsi quivis Ordinarius potestatem habeat reservandi,

« in parochis tamen consuetudo eam abrogavit. Vide Suarez<sup>a)</sup>, card. de Lugo<sup>a)</sup>.

Adverte hic decretum S. C. Concilii (apud Fagnanum<sup>1</sup>), nempe quod praelati habentes jurisdictionem quasi episcopalem bene possunt casus reservare.

579. — Quaeritur hic 1º. **An sit valida reservatio facta sine justa causa?** — Communiter affirmant *peccare* lethaliter superiores, si sine rationabili causa casus reservant. Vide Holzmann<sup>2</sup>.

An autem *invalidē reservent*<sup>a)</sup>?

Affirmant Petrus Soto<sup>b)</sup>, Ledesma<sup>b)</sup>, Henriquez, etc., apud Escobar<sup>c)</sup>; quia ex concilio Trid.<sup>d)</sup> episcopis datum est reservare casus *in aedificationem* (ut ibi dicitur)..., *non in destructionem*. — Negant tamen communius et verius Laymann<sup>e</sup>, Holzmann<sup>f</sup>, Suarez<sup>g</sup>, Lugo<sup>h</sup>, Ciera<sup>i</sup>; et Escobar<sup>j</sup> cum Silvestro, Fagundez, etc. Ratio, quia tota jurisdictione emanat ab episcopo: qui, sicut potest confessariis suis, etiam parochis, non concedere facultatem absolvendi aliquem casum; ita poterit reservare: in omni autem dubio standum pro potestate superioris qui eam possidet. Limitant vero Lugo<sup>h</sup> et Ciera<sup>i</sup>, respectu parochorum: nisi tanta sit reservatio,

<sup>1</sup> In cap. *Cum olim*, de praescriptione, n. 24, i. f. — <sup>2</sup> De Casib. reserv., diss. 1, n. 29. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1614. — <sup>4</sup> Aversa, qu. 17, sect. 1, v. *Quinto*. — <sup>5</sup> Gobat, tr. 7, n. 360. — <sup>6</sup> Stoz, lib. 2, n. 60. — <sup>7</sup> Lib. 5, de Poenit., tr. de Casib. reserv., cap. 5, § 1, n. 7. — <sup>8</sup> De Poenit., sect. 17, n. 2. — <sup>9</sup> Part. 9, tr. 6, resol. 13. — <sup>10</sup> Tr. 23, punct. 15, § 2, n. 1. — <sup>11</sup> Coninck, disp. 8, n. 82. — <sup>12</sup> Henrig., lib. 6, cap. 14, n. 1. — <sup>13</sup> Tr. 18, de Privil., cap. 4, n. 9. — <sup>14</sup> Trull., de Sacr., lib. 4, cap. 10, dub. 2, n. 2, i. f. — <sup>15</sup> Vidal, Arca vital., de Censur., inquisit. 3, n. 113. — <sup>16</sup> Moya, tr. 3, disp. 8, qu. 2, n. 6 et 7. — <sup>17</sup> Gasp. Hurtad., de Poenit., disp. 11, diff. 3, i. f. — <sup>18</sup> Granado, in 3 P., controv. 7, de Poen., tr. 10, disp. 6, n. 2. — <sup>19</sup> Tr. 6, disp. 2, qu. 3, cap. 2, qu. 2.

<sup>2</sup> Jubil., qu. 11, art. 1, n. 1. — <sup>3</sup> Tr. 14, n. 58. — <sup>4</sup> De Casib. reserv., diss. 1, n. 29. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1614. — <sup>6</sup> Aversa, qu. 17, sect. 1, v. *Quinto*. — <sup>7</sup> Gobat, tr. 7, n. 360. — <sup>8</sup> Stoz, lib. 2, n. 60. — <sup>9</sup> Lib. 5, de Poenit., tr. de Casib. reserv., cap. 5, § 1, n. 7. — <sup>10</sup> De Poenit., sect. 17, n. 2. — <sup>11</sup> Part. 9, tr. 6, resol. 13. — <sup>12</sup> Tr. 23, punct. 15, § 2, n. 1. — <sup>13</sup> Coninck, disp. 8, n. 82. — <sup>14</sup> Henrig., lib. 6, cap. 14, n. 1. — <sup>15</sup> Tr. 18, de Privil., cap. 4, n. 9. — <sup>16</sup> Trull., de Sacr., lib. 4, cap. 10, dub. 2, n. 2, i. f. — <sup>17</sup> Vidal, Arca vital., de Censur., inquisit. 3, n. 113. — <sup>18</sup> Moya, tr. 3, disp. 8, qu. 2, n. 6 et 7. — <sup>19</sup> Gasp. Hurtad., de Poenit., disp. 11, diff. 3, i. f. — <sup>20</sup> Granado, in 3 P., controv. 7, de Poen., tr. 10, disp. 6, n. 2. — <sup>21</sup> Tr. 6, disp. 2, qu. 3, cap. 2, qu. 2.

sententiam tenet. — Martinus de Ledesma male citatur ab Escobar; nam in 2<sup>a</sup> 4<sup>i</sup>, qu. 8, art. 2, de potestate reservandi casus utique tractat; sed minime dicit invalidam esse reservationem, quae fieret sine causa.

579. — **a)** Quaestio movetur non de reservatione facta a Papa, quam auctores semper validam esse dicunt; sed de reservatione facta ab episcopis vel praelatis regularibus absque causa, et quidem respectu pastorum inferiorum ordinariam jurisdictionem habentium, sive sint parochi sive praelati locales aut provinciales.

**b)** Escobar utique citat Petrum de Soto; sed locus citatus congruit Dominico Soto, et recte quidem; hic enim auctor, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 5, v. *Quod si obiter*, hanc primam

ut moraliter non possent suum officium exercere; tunc autem illa reservatio tantum esset nulla, quae esset posterior et excedens.

580. — Quaeritur 2º. **An ignorantes reservationem alicujus casus ab ea excusentur?** — Hic distinguendum inter casus reservatos a Papa et reservatos ab episcopo.

*Ignorantia excusat a reservatione casus papalis.*

Si casus sit *papalis*, commune est inter doctores (contra Concina<sup>18</sup>) ignorantes a reservatione excusari. — Ita Suarez<sup>14</sup>, Sanchez<sup>15</sup>, Molina<sup>16</sup>, Laymann<sup>17</sup>, Viva<sup>18</sup>, Wigandt<sup>19</sup>, Ciera<sup>20</sup>; Croix<sup>21</sup> cum Aversa, Gobat et Stoz; Tamburinius<sup>22</sup>, Abelly<sup>23</sup>, Diana<sup>24</sup>; Palau<sup>25</sup> cum Vasquez<sup>a)</sup>, Coninck et Henriquez; ac Salmant<sup>26</sup> cum Trullench, Vidal, Moya, Cajetano<sup>a)</sup>, Durando<sup>a)</sup>, Hurtado, Granado, etc. Et probabilem putant Lugo<sup>b)</sup>; et Mazzotta<sup>27</sup> cum Bonacina<sup>c)</sup>, Fagundez<sup>c)</sup>, Quart<sup>c)</sup>, etc. — Ratio, quia casus papales principaliter reservantur propter censuram, a qua certe excusat ignorantia, juxta dicenda *Lib. VII*, n. 43, utque patet ex *cap. 2, de constit.*, in 6º, ubi dicitur: *Ut animarum periculis obvietur, sententia per statuta quorumcumque Ordinariorum prolatis ligari non*

Verius tam  
men valida.

Limitatio  
respectu pa-  
rochorum.

Jubil., qu. 11, art. 1, n. 1. — <sup>19</sup> Tr. 14, n. 58. — <sup>20</sup> De Casib. reserv., diss. 1, n. 29. — <sup>21</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1614. — <sup>22</sup> Aversa, qu. 17, sect. 1, v. *Quinto*. — <sup>23</sup> Gobat, tr. 7, n. 360. — <sup>24</sup> Stoz, lib. 2, n. 60. — <sup>25</sup> Lib. 5, de Poenit., tr. de Casib. reserv., cap. 5, § 1, n. 7. — <sup>26</sup> De Poenit., sect. 17, n. 2. — <sup>27</sup> Part. 9, tr. 6, resol. 13. — <sup>28</sup> Tr. 23, punct. 15, § 2, n. 1. — <sup>29</sup> Coninck, disp. 8, n. 82. — <sup>30</sup> Henrig., lib. 6, cap. 14, n. 1. — <sup>31</sup> Tr. 18, de Privil., cap. 4, n. 9. — <sup>32</sup> Trull., de Sacr., lib. 4, cap. 10, dub. 2, n. 2, i. f. — <sup>33</sup> Vidal, Arca vital., de Censur., inquisit. 3, n. 113. — <sup>34</sup> Moya, tr. 3, disp. 8, qu. 2, n. 6 et 7. — <sup>35</sup> Gasp. Hurtad., de Poenit., disp. 11, diff. 3, i. f. — <sup>36</sup> Granado, in 3 P., controv. 7, de Poen., tr. 10, disp. 6, n. 2. — <sup>37</sup> Tr. 6, disp. 2, qu. 3, cap. 2, qu. 2.

sententiam tenet. — Martinus de Ledesma male citatur ab Escobar; nam in 2<sup>a</sup> 4<sup>i</sup>, qu. 8, art. 2, de potestate reservandi casus utique tractat; sed minime dicit invalidam esse reservationem, quae fieret sine causa.

580. — **a)** Vasquez, qu. 91, art. 3, dub. 1,

n. 15; Cajetanus, *Sun.*, v. *Casus reservati*;

Durandus, in 4, dist. 17, qu. 15, n. 13, potius

insinuant hanc sententiam quam aperte

et expresse tradant.

**b)** Lugo, disp. 20, n. 11, disputat de reservatione poenali, et inter diversas sententias quas probabiles appellant, recenset eam quae a reservatione excusat eum qui invincibiliter ignorat peccati reservationem; sed non loquitur de reservatione papali in specie.

**c)** Bonacina, Fagundez et Quart<sup>c)</sup> a Maz-

*lumus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit aut supina.*

Et licet in casibus papalibus non reservetur tantum censura, sed etiam peccatum, ut verius et communius docent Sanchez<sup>1</sup>, et Suarez<sup>2</sup> cum D. Thoma<sup>3</sup>, Paludano<sup>4</sup>, Gabriele<sup>5</sup>, Majore<sup>6</sup>, Navarro<sup>7</sup>, etc., contra Cajetanum<sup>8</sup>, Durandum et Trullench (nam alias, haereticus qui bona fide confiteretur suum peccatum cuiuscumque confessario, maneret ab eo absolutus, nec teneretur postea illud superiori confiteri: quod non videtur probabile): — attamen, quia in casibus Papae reservatis immediate reservatur censura (cum in bullis dicatur *sub poena excommunicationis Nobis reservatae*), et mediate peccatum quod est censura ligatum; ideo, cum peccatum sit indivisibile a censura, reservata censura, etiam peccatum manet reservatum. Contra vero, cum censura sit medium quo reservatur peccatum, sublatu medio id est censura, non remanet reservatum peccatum.

Si autem aliquis, sciens censuram, ignorabat esse reservatam, Bonacina<sup>9</sup> et alii apud Mazzotta<sup>10</sup> excusat eum a reservatione. Sed melius dicit Mazzotta cum Quarti, non excusari; quia is jam consentit in poenam censurae, adeoque implicite in ejus reservationem et in omnes alios effectus ejusdem, licet ignoratos.

Diximus quod casus papales ut plurimum reservantur cum censura. Sed excepti sunt duo casus, qui sunt Pontifici

<sup>1</sup> Decal., lib. 2, cap. 8, num. 5. — <sup>2</sup> Disp. 29, sect. 4, n. 8. — <sup>3</sup> Durand, in 4, dist. 17, qu. 15, n. 13. — <sup>4</sup> Trull., de Sacr., lib. 4, cap. 10, dub. 2, n. 2. — <sup>5</sup> Tr. 6, disp. 2, qu. 8, cap. 2, qu. 2, resp. 1, i. f. — <sup>6</sup> Mazzotta, loc. cit. — <sup>7</sup> Quarti, de Casib. reserv., sect. 2, cap. 3, qu. 6, v. *Colligitur quid?* — <sup>8</sup> Bened. XIV, const. *Sacramentum*, § 3. — <sup>9</sup> Part. 2, cap. 15, n. 306. —

<sup>10</sup> Casus papales sine censura.

reservati sine censura. Casus primus est: si quis falso accusat sacerdotem innoxium de sollicitatione apud judices ecclesiasticos, sive per seipsum sive procurando ut per alios calumnia inferatur. Ita ex constit. Benedicti XIV, quae incipit *Sacramentum*. — Casus secundus est, ut fert auctor libri cui titulus: *Istruzione per li novelli Confessori*<sup>11</sup>: si quis accipiat dona a regularibus utriusque sexus, nisi prius totum restituerit, si dona valeant pluris decem scutorum romanorum; vel si valeant minoris, saltem partem ad arbitrium Poenitentiarum. — An autem ab his duabus casibus incurrendis excusat ignorantia? Vide mox dicenda *n. seq.*

Praeterea excipiunt Sanchez<sup>12</sup> et Coninck<sup>13</sup> casum simoniace promoti vel promoventis ad Ordines; ex bulla Sixti V. De hoc tamen casu loquens Sanchez<sup>14</sup>, dicit illud non incurri ab ignorantie; quia haec reservatio fuit imposta in meram poenam delinquentium. Sed melius dicendum cum Palao<sup>15</sup>, non incurri, quia in *extrav. 2, de simon.*, huic criminis postea imposta est excommunicatio papalis.

581. — Sed dubitatur 1<sup>o</sup>. *An ignorantiae invincibiliter reservationem excusentur ab incurrendis casibus etiam ab episcopis reservatis?* — Adsunt tres sententiae:

Prima universe affirmat. Et hanc tenent Ciera<sup>16</sup>; item Paludanus<sup>17</sup>, Graffius<sup>18</sup>, Quintanadvenas, etc., apud Salmant.<sup>19</sup>; item Reginaldus<sup>20</sup>, Naldus<sup>21</sup>, Bresserius<sup>22</sup>, Coriolanus<sup>23</sup>, etc., apud Mazzotta<sup>24</sup>: ac pro-

Ignorantia, juxta alios, excusat a reservatione episcopali facta per legem generalem.

babilem putat Lugo<sup>1</sup>. Ratio, ut ajunt, quia reservatio habet rationem poenae, a qua excusat ignorantia. — Hanc sententiam probabilem quoque putant Salmant.<sup>25</sup> et Roncaglia<sup>26</sup> (et idem sentiunt Elbel<sup>27</sup>, Gobat<sup>28</sup> et Sporer<sup>29</sup> cum aliis, dum inquit ignorantem pro prima vice posse absolvit). Verum Salmant. et Roncaglia diversa ratione utuntur. Fatentur enim reservationem non esse meram poenam, sed dicunt quod habet rationem poenae medicinalis, ut illius timore retrahantur homines ab atrocioribus peccatis: at nullo modo rethrahi possunt a peccando per reservationem qui eam ignorant; unde, cessante fine adaequato reservationis in ignorantibus, cessat etiam reservatio.

Secunda sententia, quae parum differt a prima, et quam tenet Josephus de Januario<sup>30</sup>; et probabilem putant Viva<sup>31</sup>, et Diana<sup>32</sup> cum Graffio et Navarro<sup>33</sup>, distinguunt; et dicit incurri quidem reservationem factam ab episcopo per praeceptum particulare; secus vero, si facta fuerit per legem generalem aut statutum synodale, prout sunt casus reservati qui adnotantur in tabella. — Ratio, quia in primo casu reservatio habet rationem medicinalis, et directe respicit confessarios; in secundo

autem casu, cum reservatio fiat in statuto, habet rationem poenae, et directe respicit poenitentes.

Tertia vero sententia communior, cui subscribo, universe negat posse absolvire ignorantes reservationem. Et hanc tenent Sanchez<sup>34</sup>, Palau<sup>35</sup>, Holzmann<sup>36</sup>, Wiegandt<sup>37</sup>, Tamburini<sup>38</sup>, Antoine<sup>39</sup>, Concina<sup>40</sup>, Viva<sup>41</sup> et Croix<sup>42</sup> cum aliis communissime. — Ratio, quia reservatio non est quidem poena respiciens poenitentes, sed restrictio jurisdictionis respiciens confessarios. Et de hoc non videtur dubitandum; nam Tridentinum<sup>43</sup>, ad ostendendum quod sacerdotes... nihil possint in casibus reservatis (ut ibi in fine declarat), haec verba praemittit: *Nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert in quem ordinariam aut subdelegatam (nota) non habet jurisdictionem. Magnopere vero ad christiani populi disciplinam pertinere, SS. Patribus nostris visum est, ut atrociora quaedam... crimina non a quibusvis, sed a summis dumtaxat sacerdotibus absolverentur.* Ideo igitur nihil possunt sacerdotes in reservatis, quia carent jurisdictione super illis, cum episcopi, ob publicum bonum, quorumdam graviorum cri-

<sup>1</sup> Disp. 20, n. 11. — <sup>2</sup> Tr. 19, qu. 7, de Casib. reserv., cap. 2, qu. 4. — <sup>3</sup> Tr. 7, n. 361. — <sup>4</sup> Part. 3, cap. 6, n. 785. — <sup>5</sup> De Casibus reserv., part. 2, resol. 73, n. 22. — <sup>6</sup> De Poenit., qu. 9, art. 3, n. 2. — <sup>7</sup> Part. 10, tr. 14, resol. 63. — <sup>8</sup> Graff., Pract. 5 casum Sum. Pont. reservator, lib. 2, cap. 40, n. 29. — <sup>9</sup> De Sacr. Poenit., n. 687. — <sup>10</sup> Tr. 14, num. 58, resp. 1. — <sup>11</sup> De Poenit., cap. 3, art. 2, qu. 1. — <sup>12</sup> Loc. cit. — <sup>13</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1608, additis n. 1602 et 1607. — <sup>14</sup> Sess. 14, de Poenit., cap. 7.

nionis, scilicet quod omnis reservatio est poena, ideoque restringenda; quod utique habet Graffius, *Consil.*, tom. 1, lib. 5, de adulter., consil. 3, n. 26. — Idemque notandum venit de Reginaldo, lib. 1, n. 137; Naldo, *Sum.*, v. Casus, n. 3; Bressero, de *Consc.*, lib. 4, cap. 18, n. 198; Coriolano, de Casib. reserv., part. 1, sect. 1, art. 5, n. 4, quos Mazzotta ex Diana allegat. — Sed Paludanus, loc. cit. a Salmant, scilicet in 4, dist. 34, qu. 2, art. 1, nihil habet quod ad rem praesentem faciat.

<sup>12</sup> Salmant., loc. cit., n. 13, simpliciter adhaerent huic sententiae; sed n. 11, probabile esse ajunt ignorantiam a qualibet poena immunem reddere.

<sup>13</sup> Elbel, *confer. 13, de Casib. reserv.*, n. 346, hanc sententiam utique afferit, et videtur ei adhaerere, haec solum addendo expositioni sententiae: « Consultius tamen videtur suaviter hujusmodi poenitentem inducere, ut vel statim vel saltem in proxima confessione,

velit idem peccatum confiteri alicui habenti potestatem directam in peccata reservata».

<sup>14</sup> Navarrus a Graffio (ex quo Diana videatur desumpsisse allegationem) citatur pro certa quadam casus extensione, de qua non habetur hic mentio apud S. Alphonsum.

<sup>15</sup> Sanchez, *de Matr.*, lib. 9, disp. 32, n. 18, distinguunt, negans incurri reservationem ab eo qui eam ignorat, si reservatio imponitur inodium peccati illius; secus vero, quando reservatio fit ob bonam gubernationem Ecclesiae.

<sup>16</sup> Eamdemque distinctionem adhibet Palau, tr. 2, disp. 1, punct. 17, n. 8, addens: « Tunc autem intelligi debet reservari ob commune bonum praeceps quando per se et ratione sui reservatur, nulla speciali constitutione peccatum illud prohibente; at quando reservatur constitutione aliqua specialiter prohibativa et punitiva delicti..., non contrahitur ab ignorantie talem poenam».

<sup>17</sup> Tamburini ita sane docet, lib. 5, de

comm., disp. 1, qu. 2, punct. 1, n. 13, dicit ignorantiam censurae ab ea incurrienda excusare, et subdit Navarrum (cui subscribere videtur) idem extendere ad alias quascumque poenas exorbitantes et extraordinarias. Praeterea, *de Sacr. Poen.*, disp. 5, qu. 7, punct. 5, § 4, n. 1, scribit, relate tamen ad alium casum, reservationem odiosam esse et poenale; qua protectio ratione nititur praesens opinio.

<sup>18</sup> Sanchez, *de Matr.*, lib. 9, disp. 32, n. 18, exceptionem hanc non ponit.

<sup>19</sup> Bonacina utique hic a Mazzotta citatur sine loci indicatione. Sed in *tr. de Censur.* in

Objectio.

minum judicium sibi reservent. — Patet ergo quod reservatio directe respicit confessarios, non poenitentes.

Nec obstat dicere quod, licet reservatio respiciat confessarios, eorumque limitet jurisdictionem; finis tamen reservationis directe respicit poenitentes, cum tantum ad poenitentium remedium reservatio instituta sit, ut nimurum a culpis atrocioribus retrahantur: unde, cessante fine adaequato reservationis in eam ignorantibus, cessat etiam reservatio. — Nam respondetur quod finis reservationis non est tantum ut fideles a culpis gravioribus absterreantur, sed etiam (prout recte dicit Fagnanus<sup>g)</sup> cum aliis) ut recipient a superioribus poenitentias et monita ac remedia opportuniora, quae nonnisi a prudenteribus applicari expedit; ergo, cum in ignorantibus non casset adaequate finis reservationis, reservatio non cessat.

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An ignorantes excusentur a casu reservato ab episcopo, si casu est annexa excommunicatio?* Certum est quod ignorantia excusat ab excommunicatione.

Dubium est: *an tunc excusat etiam a reservatione casus?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Wigandt<sup>1</sup>, Ciera<sup>2</sup>; et Fagundez<sup>h</sup>, Bonacina<sup>h</sup>, Quarti, Aversa et de Janua-

<sup>1</sup> Tr. 14, n. 58. — <sup>2</sup> De Casib. reserv., diss. 1, n. 31. — <sup>3</sup> Quarti, de Casib. reserv., sect. 2, cap. 3, qu. 6, v. *Dificultas est.* — <sup>4</sup> Aversa, qu. 17, sect. 1, v. *Quinto...* *Satis tam.* — <sup>5</sup> Tr. 6, disp. 2, qu. 8, cap. 2, qu. 2, v. *Secundo.* —

*Poenit. tr. de Casib. reserv., cap. 1, n. 2;* sed n. 3 et 4, excipit casum quo « expresse ex tenore legis poenam esse significetur ».

<sup>6</sup>) Fagnanus, in cap. *Omnis, de poen. et remiss.*, n. 90, scribit: « Inter alias causas, ob quas episcopi casus sibi reservant, una est sacerdotum imperitia, propter quam in arduis casibus volunt ad se haberi recursum ».

<sup>7</sup>) Fagundez, de 2<sup>o</sup> praec. *Eccles.*, lib. 8, cap. 1, n. 3 et 5, dicit tantum quod qui facultatem habet absolvendi a censura, habet etiam absolvendi a peccato. — De Bonacina vide notam e ad n. 580. — Josephus de Januario, loc. cit., n. 21 et 22, videtur quidem ita tenere, sed non expresse, et nonnisi sub distinctione allata in dubio praecedenti, v. *Secunda sententia*.

<sup>8</sup>) Tamburinius, de Casib. reserv., cap. 5, n. 7, ita docet esse « fere semper »; scilicet, ut ipse n. 8 explicat, si ex verbis vel ex cir-

rio<sup>h</sup>, apud Mazzotta<sup>8</sup>. — Ratio, quia, cum adnectitur casui excommunicatio, reservatio fit indivisibilis; unde qui non incurrit excommunicationem, nec etiam incurrit peccati reservationem.

Secunda verior sententia negat; et hanc tenent Tamburinius<sup>i</sup>, Suarez<sup>j</sup>, Laymann<sup>j</sup>, Croix<sup>4</sup> cum Stoz; et Mazzotta<sup>5</sup> cum Merolla, Bossio<sup>j</sup> et aliis. — Ratio, quia in hoc differunt casus papales ab episcopalibus: in *papalibus* enim (ut diximus) principaliter et indivisibiliter reservatur censura. In *episcopalibus* vero, principaliter et per se reservatur casus, eique adnectitur censura, ad hoc ut peccantes fortius ligentur et per duplum reservationem a peccando absterreantur; et ideo in tabella casuum reservatorum ab episcopis sic illi adnotantur: *Casus reservati quibus est annexa excommunicatio*.

582. — « Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Cum non sit obligatio confitendi venialia, ea frustra reservantur (etsi fortasse possint, saltem a Papa). — Ideo que sola mortalia, eaque nonnisi externa graviora, opere consummata, prudenter reservantur ».

Hinc incestus vel sodomia extra vas non reservatur; vide Mazzotta<sup>6</sup>. Insuper, peccata reservata debent esse perfecta in sua specie: unde sodomia imperfecta, v. gr.

<sup>4</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1614. — <sup>5</sup> Stoz, lib. 2, n. 61. — <sup>6</sup> Tr. 6, disp. 2, qu. 3, cap. 2, qu. 2, v. *Secundo.* — <sup>7</sup> Merolla, disp. 1, n. 642. — <sup>8</sup> Tr. 6, Append. de Casib. reserv., cap. 2, § 1, n. 9; et § 2, n. 2.

cumstantiis constaret delictum illud fuisse ab episcopo reservatum ratione excommunicationis: tunc excusatus a censura propter ignorantiam, excusaretur etiam a reservatione; sed quando id neque ex verbis neque ex circumstantiis colligi potest, (n. 9) praesumendum esse peccatum esse immediate reservatum, et sic ignorantem censuram non effugere peccati reservationem.

<sup>9</sup>) Suarez, de *Censuris*, disp. 7, sect. 4, n. 12 et 14, id innuit dicens casus reservatos et censuras reservatas episcopo, distincta esse, neque inter se esse connexa. Idemque tenet de *Poenit.*, disp. 29, sect. 3, n. 7. — Item Laymann, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 6, n. 10, dicens: « Episcopi non tantum censuras, sed etiam ipsam peccata secundum se absolutioni suae reservare... solent ». — Et fere etiam idem dicit Bossius, in suo opere *de Jubil.*, sect. 1, cap. 2, n. 1.

Sed non  
a reservatio  
ne casus  
episcopalibus.

dere prohibitionem Clementis. — Et de hoc Contin. Tournely<sup>1</sup> profert decretum S. C. Episcoporum sub die 7 Julii 1617.

« Casus autem Clementis sunt sequentes: 1º. Apostasia a religione, etiam retentu habitu. 2º. Nocturna ac furtiva e monasterio egressio. 3º. Beneficia, incantations et sortilegia. 4º. Proprietas contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale. 5º. Furtum mortale de rebus monasterii. 6º. Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus. 7º. Juramentum falsum in judicio legitimo. 8º. Procuratio, consilium vel auxilium ad abortum fetus animati, etiam effectu non secuto. 9º. Occasio vel vulneratio, seu gravis percussio cujuscumque personae. 10º. Falsificatio manus vel sigilli officium monasterii. 11º. Malitiosum impedimentum, retardatio aut apertio litterarum a superioribus ad inferiores, vel contra ».

Hic notandum quod religiosi exempti non subjacent reservationi episcopi, nec eorum novitii (Mazzotta<sup>2</sup>); neque ipsorum familiares, ut habetur ex bulla Clementis X *Superna*<sup>a)</sup>: modo (ut ibi dicitur) *inibis sint vere de familia, et continui commensales*. Id extendit Bordonus ad alumnos monasteriorum. — Si vero novitius inciderit in casum reservatum ante ingressum, non poterit quidem absolviri a qualibet confessario saeculari, sed poterit a confessario religionis, ob privilegium religioni concessum. Mazzotta<sup>3</sup> cum Sanchez<sup>b)</sup>, Tamburino et aliis.

584. — « 2º. Is qui confitetur reservatum « mittendus est ad superiorem. Suadebit

<sup>1</sup> De Poenit., part. 2, cap. 8, n. 549. Habetur etiam apud Bizzarri Collectan., edit. 1863, fol. 276. — <sup>2</sup> Tr. 6, disp. 2, qu. 8, cap. 2, qu. 2. — <sup>3</sup> Bordon., Resol. 6, n. 27. — <sup>4</sup> Loc. cit., qu. 5. — <sup>5</sup> Tambur., de Casib. reserv., cap. 3, num. 7. — <sup>6</sup> Method. confess., lib. 3, cap. 9, num. 18. — <sup>7</sup> Petr. Sotus, de Confess., lect. 10, v. Secundo. — <sup>8</sup> Gabriel Biel, in 4, dist. 17, qu. 1, art. 3, dub. 2. — <sup>9</sup> Palaus, tr. 4, disp. 4, punct. 3, § 6, n. 2. — <sup>10</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 104. — <sup>11</sup> De Euch., disp. 14, n. 86. — <sup>12</sup> D. Thom., in 4, dist. 17,

« tamen caritas, immo aliquando coget ut ipse confessarius, tacita persona et casu, « a superiore veniam petat absolvendi ». [Ordinarie tamen loquendo, consultum est ut confessarius a subeundo tali onere se abstineat; ut Tamburinus<sup>4</sup>]. — « Quod si superior adiri non possit, et sit causa urgens, v. gr. timor infamiae vel scandali, ex omissione confessionis vel communicationis, tunc potest inferior absolvire a reservatis, cum onere ut poenitens se posse superiori sistat ». [Vide de Censur., Lib. VII, n. 91]. — « Quod etiam verum est, quamvis casus censuram reservatam annexam habeat ». [Immo hoc est certum ex cap. *De caetero*, et cap. *Ea noscitur, de sent. excomm.* Vide Lib. VII, n. 86]. — « Porro, eo casu, peccata non reservata tantum confiteri sufficere putant probabiliter Sotus, Corduba<sup>a)</sup> et Gabriele, Antoninus<sup>b)</sup>, Palaus, Diana<sup>c)</sup>; et card. de Lugo<sup>d)</sup> non improbat. D. Thomas tamen, Suarez et alii communiter docent omnia esse confitenda: quod tutius est ».

585. — Quando igitur adest impedimentum, et urget gravis causa confitendi, quis confessor potest indirecte absolvire a casibus reservatis ab episcopo (et etiam reservatis a Papa, si episcopus non possit adiri, ut diximus n. 563, *Dubit.* 2 et 3). Ita communiter Laymann<sup>7</sup>, Suarez<sup>8</sup>, Palaus<sup>9</sup>, Concina<sup>10</sup>, Wigandt<sup>11</sup>, Viva<sup>12</sup>, Elbel<sup>13</sup>, Bonacina<sup>14</sup> et Ciera<sup>15</sup>, Salmant.<sup>16</sup> cum Coninck, Rodriguez<sup>a)</sup>, Henriquez, etc. Et hoc, etiamsi peccatum sit reservatum cum excommunicatione; ut dicunt Suarez<sup>17</sup>, Fillucci<sup>18</sup>, Salmant.<sup>19</sup>, Ciera<sup>20</sup> cum

qu. 3, art. 4, quaest. 2, ad 4. — <sup>10</sup> Suar., disp. 31, sect. 3, n. 8. — <sup>11</sup> Lib. 5, tr. 6, cap. 12, n. 10. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>13</sup> Tr. 23, punct. 15, § 7, n. 6. — <sup>14</sup> Lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 10. — <sup>15</sup> Tr. 14, n. 75. — <sup>16</sup> De Poenit., qu. 9, art. 2, n. 9. — <sup>17</sup> Confer. 14, de Absolut. a reserv., n. 372. — <sup>18</sup> De Poenit., qu. 7, punct. 5, § 3, n. 5. — <sup>19</sup> Diss. 1, n. 74. — <sup>20</sup> Tr. 6, cap. 13, n. 74. — Coninck, disp. 8, dub. 13, n. 105. — <sup>21</sup> Loc. cit., n. 6. — <sup>22</sup> Tr. 7, cap. 10, n. 304. — <sup>23</sup> Loc. cit., n. 75. — <sup>24</sup> Dissert. 1, n. 74.

583. — <sup>a)</sup> Bulla Clementis X *Superna*, diei 21 Junii 1670, haec habet § 4, non quidem loquens de casibus reservatis, sed in generali statuens in quosnam familiares praelati regulares jurisdictionem habeant.

<sup>b)</sup> Sanchez, *Decal.* lib. 6, cap. 10, n. 11, dicit novitos gaudere religionis privilegiis; et videtur citari tantum pro hoc generali principio.

<sup>a)</sup> Apud Corduba hanc sententiam reperire nequivi.

<sup>b)</sup> S. Antoninus videtur hanc sententiam probabilem existimare, eo quod, *part. 3, tit. 14, cap. 19*, § 6, contrarium vocat probabilem tantum, sed negat demonstrari posse.

<sup>c)</sup> Rodriguez, *Quaest. regular.*, tom. 1, qu. 21, art. 5, (ut citat Palaus, a quo

Confite  
reserv  
atum, mit  
tendus ad  
superior  
rem.

Quid, si  
ad sit causa  
urgens.

Tunc indi  
recte absol  
vit.

Si ad sit  
gravis cau  
sa.

Lugo; et Bonacina<sup>b)</sup> cum Vasquez<sup>b)</sup>, Cano<sup>b)</sup> et Ledesma<sup>b)</sup>; contra Navarrum<sup>b)</sup>, Sa<sup>b)</sup>, etc. (Vide dicta n. 265, *Qu.* 3).

Diximus 1º. Si ad sit *gravis causa*: nemppe si nequeat adiri superior sine scandalō aut nota infamiae, ut ajunt Concina<sup>c)</sup> et Wigandt<sup>c)</sup>; vel sine magna difficultate, puta si habens facultatem longe distet, ut dicunt Laymann, Elbel et Bonacina<sup>d)</sup>, et ex alia parte urgeat necessitas communicandi vel implendi praeceptum annuae confessionis; aut ne diu poenitens maneat in peccato mortali, ut dicunt communiter omnes praefati auctores.

Diximus 2º. *Indirecte*. Unde (juxta sententiam probabilem, allatam n. 265,

*Lugo*, de Euch., disp. 14, a n. 99, n. 102. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 12, n. 10. — *Elbel*, de Poenit., n. 372.

Salmant. allegationem mutuati sunt) de casu forte non absimili disputat, videlicet de casu quo superior injuste denegat facultatem absolvendi.

<sup>b)</sup> Bonacina, loc. cit., n. 8, ubi hoc quae situm diserte tractat, nullum ex his auctoribus citat, excepto Vasquez, quem contra se allegat. Sed n. 5, ubi citat auctores ut asserit S. Alphonsus, negat inferiorem posse, « *prae*cisa necessitate vel rationabili causa, absolvire poenitentem a non reservatis ipsumque mittere ad superiorem pro reservatis ». Et profecto omnes auctores hic allegati ex Bonacina negant poenitentem absolviri posse, si peccato annexa sit excommunicatio: Vasquez, qu. 91, art. 3, dub. 9, n. 21, 22 et 26; Canus, *Select. de Poenit.*, part. 6, concl. 3; Martinus Ledesma, 2a 4i, qu. 8, art. 2, dub. 3, concl. 7; Navarrus, in cap. 1, § Cautus, n. 13 et 24, de *poenit.*, dist. 5; Sa, v. *Absolutio*, n. 25 (al. n. 24).

<sup>c)</sup> Concina, loc. cit., n. 10, dicit: « Si quis absque vel infamia vel gravi scandalō non posset omittere celebrationem Missae, vel differre confessionem ». — Et ita etiam fere Wigandt, loc. cit., n. 75.

<sup>d)</sup> Bonacina, loc. cit., n. 6, hanc explicationem non habet.

<sup>e)</sup> De iis qui innodati aliqua censura, superiorem adire nequeunt, plura exstant recentiora decretalia. Et primum quidem S. R. et U. I. diei 23 Junii 1886, quo statutum est: « In casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis scandalī vel infamiae, super quo confessiorum conscientia oneratur, dari posse absolutionem, injunctis de jure injungendis, a censuris etiam speciali modo Summo Pontifici reservatis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium con-

fessarii absolutus recurrat ad S. Sedem ». Decretum autem istud extensem est alio ejusdem S. O. decreto diei 16 Junii 1897, ita ut in casu quo nec infamia nec scandalum est in absolutionis dilatione, sed durum valde est pro poenitente in gravi peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis, simplici confessario liceat a censuris S. Pontifici reservatis *directe* absolvire, injunctis de jure injungendis; sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad S. Sedem ».

Verba autem « *sub poena tamen reincidentiae etc.* », referuntur non solummodo ad absolutionem a censuris et casibus *speciali modo* R. P. reservatis, sed etiam ad absolutionem a censuris et casibus *simpliciter* reservatis, ut declaravit S. R. et U. I. die 17 Junii 1891 ad 2. Et in hoc differunt hujusmodi impedimenti ab iis qui in articulo mortis absoluti sunt a quolibet confessario a quibusvis censuris quomodocumque reservatis; his enim imponenda est obligatio se sistendi superiori recuperata valetudine, solummodo si agatur de absolutione a censuris speciali modo Papae reservatis. Ex eodem decreto, ad 3, et decreto 30 Martii 1892, ad 4.

Quod attinet ad recursum infra mensem faciendum, S. O., die 9 Novembr. 1898 declaravit: « Quando neque confessarius neque poenitentis epistolam ad S. Poenitentiarium mittere possunt, et durum sit poenitenti adire alium confessarium, in hoc casu liceat confessario poenitentem absolvire etiam a casibus S. Sedi reservatis absque onere mittendi epistolam ». Ut autem onus scribendi cesseret, non requiritur ut impedimentum attingat poenitentem simul et confessarium, sed sufficit « quod poenitens scribendi impar, eidem

*tunc inferior directe absolvere peccatum reservatum sine censura, ita ut poenitens deobligetur in posterum ab adeundo superiore, si postea cessabit impedimentum?*

Affirmant Sanchez<sup>1</sup> et Salmant<sup>2</sup>; quia (ut dicunt) nullo jure cavetur adesse onus se praesentandi ad superiore pro peccatis sine censura reservatis, quae supponuntur eo casu directe absoluta. — Sed verius docent Suarez<sup>3</sup>, Laymann<sup>4</sup> et Ciera<sup>5</sup> cum communi, quod extra articulum mortis nullus inferior sacerdos potest directe absolvire a reservatis: *Extra quem articulum* (dicit Tridentinum<sup>6</sup>) *sacerdotes nihil posse in casibus reservatis.*

Hoc vero procedit in casibus *episcopatus*. — Nam in *pontificis*, regula juris est, ut bene ait Suarez<sup>f</sup>, quod quoties non patet aditus ad Pontificem, potest poenitens directe absolvvi ab episcopo, vel, cum etiam adsit impedimentum adeundi episcopum, a quolibet confessario; cum onore in posterum se praesentandi ad Pontificem, quando poterit, si impedimentum non est perpetuum: nam si est perpetuum, omnino liberatur, juxta dicenda Lib. VII, n. 88. — De absolutione autem horum casuum papalium, pro eis qui sunt impenititi Pontificem adire, vide alia dicenda, de *Censur.*, Lib. VII, ex n. 84.

<sup>1</sup> Decal., lib. 2, cap. 13, n. 24. — <sup>2</sup> Tr. 10, de *Censur.*, cap. 2, n. 46. — <sup>3</sup> Disp. 30, sect. 3, n. 8. — <sup>4</sup> Lib. 5, tr. 6,

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *Utrum habens peccatum reservatum, si desit confessarius qui habet facultatem, teneatur confiteri apud inferiorem, urgente necessitate communicandi?*

Quamvis negativa sententia non sit improbabili, communior tamen et probabili est affirmativa; quia ante communionem fieri debet confessio, saltem formaliter integra, quando materialiter fieri nequit. — Vide dicta n. 265, Qu. I.

Dubitatur 3<sup>o</sup>. *Utrum hujusmodi poenitens, volens confiteri apud inferiorem, teneatur tunc manifestare tam mortalia reservata quam non reservata?*

Vide *ibid.*, Qu. 2, ubi diximus probabilem esse sententiam negativam: nisi manifestatio reservatorum sit necessaria ut confessarius possit recte judicare de dispositione poenitentis et opportuna remedia praescribere. — Unde, si confessarius interroget, tenetur omnino poenitens etiam reservata manifestare. Nam (ut bene ait Lugo<sup>7</sup>), esto poenitens per se aliquando non teneatur aliqua manifestare; debet tamen ea patefacere si interroget confessarius, qui jus habet agnoscendi statum ejus conscientiae, tam uti iudex, ut recte possit judicare de dispositione, quam uti medicus, ut remedia salutaria queat ap-

cap. 12, n. 10. — <sup>5</sup> Diss. 1, qu. ult., n. 164. — <sup>6</sup> Sess. 14, de *Poenit.*, cap. 7, i. f. — <sup>7</sup> De *Poenit.*, disp. 16, n. 128.

confessario, a quo vi decreti 1886 et 1897 absolutus fuerit, se presentare nequeat, et ipsi durum sit alium confessarium adire, licet confessarius absolvens pro poenitente epistolam ad S. Sedem mittere posset». Decr. S. O. 5 Sept. 1900.

Denique in casu absolutionis vi decreti 1886 concessae, quae situm est: «1. Utrum sufficiat... recursus ad episcopum facultate absolvendi instructum; et quatenus affirmative; 2. Utrum sufficiat etiam in casu eodem recursus ad vicarium generalem episcopi tamquam ad Ordinarium, facultatum episcopalium absolvendi de jure partem; 3. Utrum generatim sufficiat recursus ad quemlibet sacerdotem habitualiter subdelegatum ab Ordinario ad absolvendum ab his papalibus reservatis, a quibus poenitens fuerit accidentaliter, ut supra, vi decreti S. Off. 1886 absolutus? Quibus S. O. die 17 Decembris 1900 respondit: «Ad 1 et 2, affirmative; ad 3, negative».

Absolutio autem data in terminis decreti 1886 est directa; quae situm est enim a S. O.:

«3. An absolutio data in casibus urgentioribus a censuris etiam speciali modo S. Pontifici reservatis in sensu decreti S. Officii (30 Junii 1886) sit directa vel tantum indirecta? Cui respondit die 17 Junii 1891: «Ad 3. Affirmative ad primam; negative ad secundam partem».

Quid vero importet obligatio standi mandatis Ecclesiae de qua in litteris *Apostolicae Sedis*, declaravit S. O., die 19 Aug. 1891: «Ad 2. Obligationem standi mandatis Ecclesiae importare onus sive per se, sive per confessarium recurrendi ad S. Pontificem ejusque mandatis obediri, vel novam absolutionem petendi ab habente facultatem absolvendi a censuris S. Pontifici speciali modo reservatis».

f) Suarez, loc. cit., n. 8, i. f., haec dumtaxat scribit: «Quoties non patet aditus ad Summum Pontificem vel legatum aut delegatum ejus, nisi cum magna difficultate et mora, posse peccatorem absolvvi ab inferiore sacerdote, cum onore comparendi coram Pontifice».

Quid in  
necessitate  
communi-  
candi.

Confite-  
ns infe-  
riori  
non tenet  
manifestare  
reservata.  
Limitatio.

Superior  
difficile  
dans facul-  
tatem in re-  
servata pec-  
cat.

plicare. Et huic videtur collimare id quod docet D. Thomas<sup>1</sup>, ubi ait: *Etiamsi sa- cerdos non de omnibus possit absolvire, tamen tenetur poenitens ei omnia confiteri, ut (nota) quantitatem totius culpae cognoscatur.*

586. — «3<sup>o</sup>. Si superior injuste neget facultatem absolvendi a reservato, posse se ab alio confessario etiam directe absolvvi, affirmant Henriquez<sup>a)</sup> et Diana<sup>a)</sup> esse probable. — Sed rectius negant Laymann<sup>b</sup>, card. de Lugo<sup>c</sup>.

Et hanc tenendam puto cum communi, quam tuentur Lugo<sup>d</sup>, Laymann<sup>e</sup>, Salmant<sup>f</sup>; et Ciera<sup>g</sup> cum Suarez<sup>h</sup>, Soto, Alensi<sup>i</sup>, Medina<sup>j</sup>, etc. — Ratio: tum quia ex Tridentino (ut supra) sacerdotes inferiores nihil possunt in reservatis; tum quia, sicut valida est injusta reservatio, ita etiam injusta denegatio facultatis.

*caglia*<sup>10</sup>, *Viva*<sup>11</sup>, *Croix*<sup>12</sup>, *Bonacina*<sup>13</sup> cum *Vasquez*, *Filiuccio*<sup>a)</sup>, *Reginaldo*, *Nuñez*, *Rodriguez*, etc.; ac *Salmant.*<sup>14</sup> cum *Silvestro*, *Cajetano* et *Coninck*. — Ratio, quia reservatio principaliter ordinatur ut peccata deferantur superiori, utque ipse super ea ferat judicium, praebendo monita salutaria ac poenitentiam imponendo: unde, semper ac subditus suum peccatum subicit iudicio superioris, vel alius habentis facultatem, jam obtinetur finis reservationis. — Nec valet dicere quod tam ordinarius quam delegatus non tollunt reservationem nisi per absolutionem sacramentalis: quae hic deest, cum confessio sit nulla. Nam respondet quod superior bene potest sine absolutione sacramentali (ut fatetur ipse Concina) reservationem auferre. Esto autem inferior non possit tollere reservationem nisi per sacramentalem absolutionem, attamen, cum subditus peccatum ei desert, tunc superior ipse, cum jam consequatur finem reservationis, censetur illam auferre vigore consuetudinis (ut dicunt *Salmant.*), communis doctorum auctoritate firmatae.

Quaeritur 4<sup>o</sup>. *An tollatur reservatio per confessionem culpabiliter nullam?*

Prima sententia negat. Eamque tenent Concina<sup>15</sup>, Holzmann<sup>16</sup>, Viva<sup>b)</sup>, Croix<sup>b)</sup>, eamque absolute veram vocat Roncaglia<sup>17</sup>.

Culpabiliter nulla, valde probabiliter non tollit.

*Concina*, de Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 14. — <sup>1</sup> In Suppl., qu. 20, art. 2, qu. 3, v. *Caeterum*. — *Silvest.*, v. *Confessio I*, n. 7, qu. 4. — *Angel.*, v. *Confessio I*, n. 12. — *Adrian.*, in 4, de *Confess.*, qu. 4, § *Si petas*, v. *Ex hoc sequitur*. — *Navar.*, *Man.*, cap. 26, num. 18. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 11, n. 12. — *Bonac.*, *de Censur.*, disp. 1, qu. 3, punct. 6, n. 3. — *Sà*, v. *Casus reservatus*, n. 7. — *Coninck*, disp. 8, dub. 12, n. 95 et seqq. — <sup>2</sup> V. *Casus reservatus*, cas. 26. — <sup>3</sup> De Poenit., part. 2, cap. 8, n. 576 et seqq. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 16. — <sup>5</sup> De Poenit., disp. 31, sect. 4, n. 9. — <sup>6</sup> Tr. 14, n. 77. — <sup>7</sup> Disp. 20, n. 106. — <sup>8</sup> Tr. 23, punct. 15, § 6, n. 2. — <sup>9</sup> De Sacr. Poenit., n. 696, v. *Resp. 1.* — <sup>10</sup> Qu. 7, cap. 3, qu. 6, resp. 2. — <sup>11</sup> De Jubil., qu. 11, art. ult., n. 2 et 3. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1695. — <sup>13</sup> Disp. 5, de Poenit., qu. 7, punct. 5, § 5, n. 9. — *Vasq.*, qu. 91, art. 3, dub. 5, n. 83 et seqq. — *Regin.*, lib. 8, n. 61 et seqq. — *Nuñez*, in Suppl., qu. 9, art. 2, dub. 4. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 21, art. 7; et Sum., part. 1, cap. 55; n. 7, (al. n. 6). — <sup>14</sup> Tr. 6, cap. 18, n. 41. — *Silvest.*, v. *Confessio I*, qu. 19, n. 21. — *Cajetan.*, Sum., v. *Casus reservatus*. — *Coninck*, disp. 8, dub. 12, n. 91. — *Concina*, lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 16. — *Salmant.*, tr. 6, cap. 13, n. 41. — <sup>15</sup> Loc. cit. — <sup>16</sup> De Poenit., n. 696, v. *Resp. 1.* — <sup>17</sup> Qu. 7, cap. 3, qu. 6, resp. 3.

**597.** - a) *Filiuccius*, quamvis hic citetur ab Escobar, distinguit tamen, tr. 7, cap. 10, n. 312, affirmans tolli reservationem si confessio fiat «speciali quodam modo, cum intentione scilicet consequendi absolutionem a reservatis»; secus vero, si fiat «modo ordinario, scilicet absque intentione speciali reservatorum tam ex parte poenitentis quam confessoris».

<sup>b)</sup> *Adrianus*, in 4, de *Conf.*, qu. 4, § *Si petas*, v. *Ex hoc sequitur*, videtur supponere poenitentem irretitum esse pluribus reservatis, quorum unum obliviscitur; itemque *Covarruvias*, in *cap. Alma mater*, part. 1, § 11, n. 12: loquitur enim de eo qui omisit «unum vel duo ex reservatis». — Quod *Martinus de Ledesma*

expressius dicit in 2<sup>a</sup> 4<sup>i</sup>, qu. 8, art. 2, dub. 8, scribens de eo qui inculpabiliter «oblitus unius reservatis, confessus est alia reservata superiori».

<sup>c)</sup> *Suarez*, de Poenit., disp. 31, sect. 4, n. 13 et 18; *Concina*, de Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 14, hanc sententiam tenent cum exceptionibus a S. Alphonso inferius adductis.

<sup>d)</sup> *Silvester*, v. *Confessio I*, n. 7, qu. 4; *Angelus*, v. *Confessio I*, n. 12; *Rosella*, v. *Confessio II*, n. 9; *Gabriel Biel*, in 4, dist. 17, qu. 1, art. 3, dub. 2, nota ult., asserunt tolli reservationem, si absolvens intendebat absolvere ab omnibus peccatis et censuris. Et ita etiam citantur a Lugo.

<sup>e)</sup> *Silvius* hanc tenet ut veram si confessio facta fuerit confessario, «qui habuerit (sicut ordinarie supponitur habere) voluntatem absolvendi, inquantum ipse potest, et poenitentis indiget». — Idemque dicunt fere omnes autores a *Silvio* citati.

<sup>f)</sup> Hinc in 2<sup>o</sup> *Elencho quaest. reform.*, qu. 18, S. Alphonsus negat se reprobare posse primam sententiam: «An si poenitens confessus sit superiori, et inculpabiliter sit oblitus peccati reservati, poterit deinde a qualibet confessario de illo absvolvi? *Lib. 6*, n. 597, probavimus sententiam negativam; sed nunc

ex auctoritate *Pontas*, *Colet* et signanter *Silvii*, qui affirmavit, cum *Silvestro*, *Navarr.*, *Adrian.*, *Angel.*, *Covarr.*, et pluribus aliis pro certa habet, eam reprobare non possumus».

<sup>598.</sup> - a) *Filiuccius* non satis diligenter citatur a *Bonacina*; limitat enim hanc sententiam, tr. 7, cap. 10, n. 311: Nisi confessio facta fuerit, non ipsi superiori, sed ejus delegato; tunc enim maneret (inquit) peccatum reservatum.

<sup>b)</sup> *Viva*, loc. cit., n. 2; *Croix*, loc. cit., n. 1475, negant tolli reservationem, loquentes de confessione in jubilao facta.

citans Lugonem et Salmant. (sed non bene, nam isti omnino oppositum tenent). Ratio, quia non praesumitur superior velle quod subditus ex sua iniustitate commodum reportet. — Haec sententia est quidem valde probabilis.

Sed contraria est longe communior, nec caret sua probabilitate. Secunda igitur sententia affirmit; et hanc tenent omnes auctores allati pro secunda sententia in Quaestione praecedenti exceptis citatis in Quaestione praesenti. — Ratio, quia pro confessione sacrilega currit eadem ratio ac pro inculpate nulla. Alius enim est finis confessionis, alias reservationis. Finis *confessionis* est ut remittatur peccatum, finis autem principalis et directus *reservationis* est ut hujusmodi peccata reservata committentes subjiciantur iudicio superioris. Ergo, cum subditus peccatum suum superiori defert et poenitentiam ab eo impositam acceptat, etiam si sacrilege confiteatur, jam obtinet finis reservationis, quamvis non remittatur peccatum. — Quod autem peccator ex tali iniustitate commodum reportet, hoc per accidens evenit. Nam, licet [superior] ex voluntate interpretativa nollet auferre reservationem, si sacrilegium agnosceret, tamen ex voluntate actuali tunc jam vult auferre. Recte vero excipiunt Wigandt, et Lugo cum Suarez et Vasquez <sup>c)</sup>, si poenitens culpabiliter reticeat ipsum peccatum reservatum; vel si (ut ait Lugo) in illa sacrilega confessione inculpabiliter obliviscatur confiteri peccatum reservatum. Quia minime praesumitur superior in tali sacrilega confessione velle auferre reservationem peccati sibi non delati. — Item excipit Suarez, si poenitens habuerit animum non vitandi in posterum peccatum illud reservatum vel non implendi poeni-

Exceptiones secundae sententiae.

*Wigandt*, tr. 14, n. 77. — *Lugo*, disp. 20, n. 106. — *Suay*, de Poenit., disp. 31, sect. 4, n. 9. — *Lugo*, loc. cit., n. 106. — *Suar.*, loc. cit., n. 10. — <sup>1</sup> Decis. pro confess., n. 881 et 882. Cfr., quoad hanc declarationem et alias plures similes, Pal-

tentiam impositam; dicit vero tolli reservationem, si animum mutet. — Item recte addit Bonacina <sup>d)</sup> semper teneri poenitentem, etiamsi postea ab inferiore de illo peccato reservato absolvatur, implere poenitentiam a superiore impositam. — Item excipienda est (ut diximus n. 537) confessio invalida, sive culpate sive inculpate, facta in jubilaeo. Quia ibi, cum Pontifex non praebat facultatem absolvendi reservata, nisi ad finem ut fideles lucentur jubilaeum, non censemur velle auferre reservationem, si illi jubilaeum non lucratur. (Vide dicta n. 537, Qu. 2).

599. — « Resp. II<sup>o</sup>. A reservatis absol- « vere potest: 1<sup>o</sup>. Ipse reservans. 2<sup>o</sup>. Ejus in « spirituali jurisdictione superior. 3<sup>o</sup>. Cui « ipse delegavit. 4<sup>o</sup>. Sacerdos inferior, « quando superior adiri non potest; v. gr. « a reservatis Papae absolvere potest epi- « scopus eos qui Romam ire non pos- « sunt ».

A reservatis quis absolvere possit.

Poenitentiarii majores cathedralium, quamvis habeant potestatem ordinariam absolvendi, non possunt tamen absolvire a reservatis episcopo vel ab episcopo, et tanto minus eam delegare; ut habetur ex declaratione S. C. Concilii, die 6 Iulii 1647 (apud Pittonium <sup>1</sup>). Idque tenent Viva <sup>2</sup>, Roncaglia <sup>3</sup>, Barbosa <sup>4</sup> et Diana <sup>5</sup>: qui reprobant contrariam consuetudinem (si forte alicubi adest) tamquam irrationalib.

Quid de poenitentiariis majoribus cathedralium.

« Resp. III<sup>o</sup>. Extra periculum mortis « (de quo vide dicta Dubio superiore), « nullus inferior per se et direkte absolu- « vere potest: nisi ex jure vel privilegio « concedatur.

Quid possit inferior extra mortis periculum.

« Dicitur 1<sup>o</sup>. *Per se*: quia de indirecta « et per accidens colligitur ex dictis. — « Dicitur 2<sup>o</sup>. *Nisi, etc.*: quia a casibus « papalibus absolvere potest episcopus,

Iottini, v. *Canoniciatus*, § 7, a n. 148 ad n. 162. — <sup>2</sup> De Poenit., qu. 9, art. 4, num. 1. — <sup>3</sup> Qu. 7, cap. 3, qu. 1, resp. 2. — <sup>4</sup> Decis. apost. collect., decis. 583, n. 24; cfr. de Offic. et Potest. episc., alleg. 55, n. 23 et 24. — <sup>5</sup> Part. 9, tr. 8, resol. 11.

Longe com-  
munius et  
probabi-  
ter tollit.

Finis con-  
fessionis, it-  
nis reserva-  
tionis

<sup>c)</sup> Vasquez, qu. 91, art. 3, dub. 5, n. 35, ita videtur loqui, ut ait Lugo; dicit enim tolli reservationem ex hoc quod satisfactum est fini praecipuo reservationis, qui est ut iudicio superioris aut delegati poena debita et medicina applicetur; « unde ex quo factum est hoc, jam non vult peccatum amplius reservari ».

<sup>d)</sup> Seu rectius: Vasquez apud Bonacina, loc. cit., n. 9, in quantum scilicet Vasquez dicit, qu. 91, art. 3, dub. 5, n. 37, poenitentem teneri in confessione quam postea facit inferiori explicare sibi impositam fuisse hanc poenitentiam pro reservatis, ut confessarius eam iterum imponat virtute clavium.

« per se vel vicarium, quando sunt occulti; « ut docet Navarrus <sup>1</sup>.

Unde resolves:

Regulares ex vi juris communis.

« Mendicantes ex vi juris communis « non possunt absolvire a reservatis epi- « scopo: quia ut sic non habent potestatem « maiorem parochis, et privilegium quod « circa hoc habuerunt, sublatum est de- « creto Urbani VIII anno 1628 ». (Hoc etiam confirmatur ex propos. 12 inter damnatas ab Alexandre VII). — « Excipit tamen « Aversa cum Diana <sup>2</sup> eos casus qui epi- « scopis a jure tantum reservantur. — « Imo Quintanadvenas <sup>3</sup> affirmat regula- « res adhuc posse absolvire, sicut ante « decretum, eo quod hoc in provinciis « non sit promulgatum. Quod Diana <sup>4</sup> non « audet probare, nisi ad episcopum non « pateat recursus; tunc enim ab ipsi re- « servatis posse absolvire, sicut possent « a Papae reservatis. Granado, Diana <sup>5</sup>. « Vide etiam Praepositum <sup>a)</sup>.

Certum est quod regulares nequeunt absolvire a casibus reservatis ab epis- copis; ut communiter dicunt cum aliis Salmant. <sup>6</sup>, Viva <sup>7</sup> et Cabassutius <sup>8</sup>, ex bulla Gregorii XIII <sup>b)</sup> *Cum a sacra*. — Et hoc, sive casus sint reservati ab episcopo sive ab ejus synodo, ut recte ait Croix <sup>9</sup> cum Viva (quidquid dicat Pellizzarius). Nam id quod agitur a synodo, principaliter ab episcopo agitur, qui est capit illius.

An autem regulares possint absolvire a casibus episopis a jure communi reser- vatis? — Vide infra, Lib. VII, n. 99, ubi dicimus probabilius esse quod possint: exceptis tamen sex casibus a Clemente VIII reservatis, nimurum, percussio

<sup>1</sup> Man., cap. 27, n. 194. — *Urbanus VIII*, decret. S. C. Ep. et Reg.; habetur apud Jordanum Pacem, Lucubrat., tom. 1, lib. 3, tit. 4, n. 10; et commemoratur in Thesaur. Resol. S. C. Conc., tom. 1, fol. 392. — *Aversa*, qu. 17, sect. 6, v. *Admitti tamen*. — <sup>a</sup> Part. 8, tr. 7, resol. 71. — <sup>b</sup> Tr. 3, singul. 15, n. 8. — <sup>c</sup> Part. 9, tr. 6, resol. 51. v. *Sed nolo*. — *Gran.*, in 3 P., controv. 7, de Poenit., tr. 10, disp. 7, n. 12. — <sup>d</sup> Part. 5, tr. 14, resol. 58. — <sup>e</sup> Tr. 6, cap. 13, n. 52. — <sup>f</sup> In propos. 12 Alex. VII, n. 13 et 14. — <sup>g</sup> Lib. 1, cap. 11, n. 5. — <sup>h</sup> Lib. 6, part. 2, n. 1628. — *Viva*, loc. cit., n. 14. —

599. — <sup>a)</sup> Praepositus, qu. 9, dub. 1, n. 7 et 8, negat episcopum posse casus reservare respectu Mendicantium, nisi hoc sit ipsi concessum speciali constitutione pontificia, qualis fuit constitutio Clementis VIII pro Italia.

<sup>b)</sup> Forte legendum est: Decret. Clem-

clericis, duellum, violatio immunitatis ec- clesiasticae, violatio clausurae monialium ad malum finem, simonia realis et simonia confidentialis; facultas enim a praeditis casibus absolvendi expresse a Clemente fuit regularibus adempta (Vide Lib. VII, n. 95). — Probabiliter igitur absolvire pos- sunt procurantes abortum fetus animati; cum hic casus non fuerit a Clemente re- servatus. Vide citat. n. 99, in fine.

600. — « Resp. IV<sup>o</sup>. Si confessarius du- « bitet an poenitens lapsus sit in mortale « reservatum, si quidem dubium sit posi- « tivum, potest (sequendo opinionem pro- « babilem, et judicando probabiliter non « esse reservatum) absolvire. — Si vero « dubium sit negativum <sup>a)</sup>, posse absolvire « negant aliqui, ut Armilla, Corduba, etc. « Probabiliter affirmant Suarez, Filiuccius, Henriquez, Hurtadus, Bonacina, card. « de Lugo <sup>10</sup> ».

Quaeritur 1<sup>o</sup>. *Utrum, in dubio an poenitens incurrit casum reservatum, possit illum absolvire simplex confessarius?*

1<sup>o</sup>. Si dubium est facti, nempe si poenitens dubitet an peccaverit graviter vel non, communis est sententia quod possit absolviri a quolibet confessario; quia reser- vatio est strictae interpretationis, unde debet intelligi de peccatis certe gravibus. — Ita Concina <sup>11</sup>, Suarez <sup>12</sup>, Lugo <sup>13</sup>, Sanchez <sup>14</sup>, et doctores mox infra citandi cum aliis passim (contra Wigandt <sup>15</sup>).

2<sup>o</sup>. Si vero dubium est juris, nempe si quis dubitaret an aliquod peccatum sit reservatum.

Negant Concina <sup>16</sup> et Wigandt <sup>17</sup>, item Armilla <sup>18</sup> et Antoine <sup>19</sup>. — Ratio, quia cum

<sup>1</sup> *Pelliz.*, tr. 6, cap. 2, n. 59. — *Clem. VIII*, declar. 26 No- vembr. 1602, ap. Bizzarri, fol. 18, edit. 1863. — *Armilla*, v. *Casus*, n. 13. — *Corduba*, Sup. regulam FF. Minor., cap. 7, qu. 4, cas. 5. — *Suar.*, de Censur., disp. 40, sect. 6, n. 5; et de Relig., tr. 6, lib. 4, cap. 5, n. 15. — *Fili.*, tr. 21, cap. 4, n. 172. — *Henrig.*, lib. 6, cap. 26, n. 7. — *Gasp. Hurtad.*, de Poenit., disp. 11, diff. 6. — *Bonac.*, qu. 7, punct. 5, § 4, n. 1 et 3. — <sup>10</sup> Disp. 20, n. 18. — <sup>11</sup> Lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 1, n. 15. — <sup>12</sup> Loc. cit. — <sup>13</sup> Loc. cit. — <sup>14</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 74. — <sup>15</sup> Tr. 14, n. 57. — <sup>16</sup> Loc. cit. — <sup>17</sup> Loc. cit. — <sup>18</sup> Cap. 3, art. 2, qu. 2.

In dubio de reserva-  
tione:

In dubio facti, quis confessa-  
rius potest absolvire.

In dubio juris, qui-  
dam negant.

tis VIII, *Sacra Congregatio*, diei 9 Janua- rii 1601, quod reperitur apud Bizzarri, fol. 1, edit. 1863.

600. — <sup>a)</sup> Plerique auctores hic citati lo- quuntur de dubio simpliciter; et signanter Armilla dicit: « Sacerdotes... in dubiis [circa

Communi-  
ter et certe  
probabili-  
ter affirma-  
tur.

dubitatur an peccatum sit reservatum, dubitatur etiam an confessarius facultatem habeat absolvendi: unde confessarius, dubiam tantum habens facultatem, non potest absolvere.

Sed pariter communiter affirmant DD., ut praeter Suarez<sup>b)</sup>, Lugo<sup>b)</sup>, Sanchez<sup>b)</sup>, docent Filliuccius<sup>b)</sup>, Bonacina<sup>1)</sup>; Escobar<sup>b)</sup> cum Sa<sup>c)</sup>; Anacletus<sup>2)</sup>, Tamburinius<sup>3)</sup>, Elbel<sup>4)</sup>, Viva<sup>5)</sup>, Diana<sup>c)</sup>; Sporer<sup>6)</sup> cum Gobat et Quintanadvenas; et Salmant.<sup>b)</sup> cum Aversa<sup>c)</sup>, Portello, Dicastillo<sup>b)</sup>, Lezana, Henriquez<sup>a)</sup>, Hurtado<sup>b)</sup> et aliis. Et hoc, sive dubium sit positivum, sive negativum; quia in utroque eadem ratio currit. — Ratio autem est: tum quia (ut diximus) reservatio stricte interpretatur; tum quia melior est conditio possidentis: unde, licet dubitetur an peccatum sit reservatum, certum tamen est confessarium suam possidere facultatem absolvendi. Praeterquam quod, cum haec sententia sit communis et certe probabilis, certum etiam est Ecclesiam jurisdictionem supplere (juxta dicta n. 573): et sic respondetur rationi oppositae. — Neque obstat (ut objicit Concina) quod Clemens VIII prohibuerit omnibus confessariis, etiam privilegiatis, absolvere a casibus etiam *dubiis in bull...* Coenae... contentis; et in extravag. Perfectis declaretur percussio clerici esse reservata Papae, etiam quando dubitatur num sit levis vel gravis. Nam hujusmodi prohibitiones magis firmant no-

<sup>1)</sup> Qu. 7, punct. 5, § 4, prooem. — <sup>a)</sup> Tr. 14, dist. 9, n. 4. — <sup>b)</sup> Lib. 5, tr. de Casib. reserv., cap. 4, num. 7. — <sup>c)</sup> Confer. 18, de Casib. reserv., cap. 9, art. 2, n. 4. — <sup>d)</sup> De Poenit., qu. 9, art. 2, n. 4. — <sup>e)</sup> Part. 3, cap. 6, n. 733. — <sup>f)</sup> Gobat, tr. 7, cas. 8, n. 356. — <sup>g)</sup> Quintan., tr. 3, singul. 11, n. 1. — <sup>h)</sup> Portel., Dub. regul., v. *Casus reservati*, n. 7. — <sup>i)</sup> Lezana, Sum., v. *Casus reservati*, n. 14. — <sup>j)</sup> Concina, lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 1, n. 15 — Extrav. Perfectis, ap. Navarr., Man.,

stram sententiam, quod confessarius in aliis casibus possit absolvire qui sunt dubie reservati: exceptio enim firmat regulam. Hic autem sciendum quod Clemens, ut referunt Roncaglia et ipse Antoine<sup>d)</sup>, anno 1602 decretum illud moderavit, de medio auferens verba illa: *dubie reservatis*.

Limitant vero hanc sententiam Bonacina<sup>7)</sup> et Sanchez<sup>8)</sup>; ac Bonaespei<sup>e)</sup> et Alphonsus de Leone, apud Salmant.<sup>9)</sup> (atque probabile putat Diana<sup>10)</sup>) si crimen in foro externo habeatur ut certum; quia tunc idem judicium formandum est pro foro interno. — Sed verius refutant hanc limitationem omnes auctores pro nostra sententia citati, et signanter<sup>f)</sup> Salmant., Lugo, Escobar<sup>g)</sup>, Sporer et Tamburinius. Ratio, quia in foro externo non creditur poenitenti; quia nemo in causa propria testari potest. Aliud tamen est in foro interno, ubi omnino credendum est poenitenti; cum ipse tantum possit esse suae conscientiae testis.

Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An qui confessus est inferiori peccatum dubie reservatum omnino libet a reservatione, etiamsi postea illud cognoscat ut certum?*

Negat Concina<sup>11)</sup>; quia, licet peccatum dubie reservatum ob dubietatem facti possit absolvvi a quolibet confessario, tamen quando de illo poenitens postea certe recordatur, tenetur adire superiorem: confessio enim peccati dubie reser-

cap. 27, n. 91 (quam tamen aliqui negant esse authentica). — Roncaglia, tr. 19, qu. 7, cap. 1, qu. 3, resp. 2. — <sup>g)</sup> Qu. 7, punct. 5, § 4, n. 1. — <sup>h)</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 74. — <sup>i)</sup> Alph. de Leone, de Offic... confess., recoll. 15, n. 25. — <sup>j)</sup> Tr. 6, cap. 13, n. 14. — <sup>k)</sup> Part. 4, tr. 3, resol. 4. — <sup>l)</sup> Salmant., loc. cit., n. 15. — <sup>m)</sup> Lugo, disp. 20, n. 19. — <sup>n)</sup> Sporer, part. 3, cap. 6, n. 733. — <sup>o)</sup> Tambur., tr. de Casib. reserv., cap. 4, n. 8 et 9. — <sup>p)</sup> Loc. cit., § 1, n. 16.

reservata] securiorem partem teneant. — Henriquez: « Si poenitens dubitat de quibusdam an fuerint... reservata,... in dubio casus non praesumitur reservatus ».

<sup>b)</sup> Suarez, Lugo, Sanchez, locis cit.; Filliuccius, tr. 21, n. 172; Escobar, lib. 15, n. 447; Salmant., tr. 6, cap. 13, num. 15; Dicastillus, disp. 11, dub. 6, n. 91; Hurtadus, loc. cit., loquuntur tantummodo de dubio facti.

<sup>c)</sup> Emmanuel Sa, v. *Casus reservatus*, n. 5, in universum scribit: « Casus in dubio non praesumitur reservatus ». — Eodemque modo loquitur Diana, part. 4, tr. 3, resol. 4. —

Aversa denique, qu. 17, sect. 2, v. *Merito tamen*, negat peccata dubia includi in reservatione simplici et ordinaria.

<sup>d)</sup> Antoine loc. cit., non refert hanc moderationem.

<sup>e)</sup> Franciscus Bonaespei, *de Poenit.*, disp. 10, a. 8, hoc non habet, nec pro eo asserto citatur a Salmant.

<sup>f)</sup> Exceptis Salmant., Lugo, Sporer et Tamburinio, fere nullus ex allegatis loquitur de hac juris praesumptione.

<sup>g)</sup> Escobar, loc. cit., hoc silentio praetermitit.

Communi-  
ter dicitur  
sublata re-  
servatio.

vati non officit quin peccatum illud sit reservatum.

Sed communiter alii affirmant, ut Lugo<sup>1</sup>, Escobar<sup>2</sup>, Sporer<sup>3</sup>; Viva<sup>4</sup> cum Barbi, ex Sanchez<sup>5</sup>; et Salmant.<sup>6</sup> cum Dicastillo, Aversa et aliis. Ratio, quia, cum peccatum dubie reservatum est confessum, jam directe est absolutum (ut ipse Concina<sup>6</sup> concedit); ac proinde manet directe ablata reservatio. Unde, quamvis te-neatur poenitens, cum recordatur peccati certi, prius confessi ut dubii, illud iterum tamquam certum confiteri (ut ad supplem-dam integratatem illud exponat uti erat in conscientia, ejusque cognitam gravitatem confessario manifestet, juxta dicta n. 478); tamen non tenetur amplius se sistere superiore pro ablatione reservationis, quia, ablato peccato, ablata est etiam reservatio.

601. — Quaeritur 3<sup>o</sup>. *An absolvit possit a reservatis qui peccavit in confidentiam licentiae?*

Videntur negare Covarruvias et alii, apud Lugo<sup>7</sup>. — Sed affirmandum cum communi sententia: quam tenent Sanchez<sup>8</sup>, Filliuccius<sup>a)</sup>; Lugo<sup>9</sup> cum Villalobos, Ledesma, etc.; ac Salmant.<sup>10</sup> cum Bonacina, Mofesio, Aversa, Gabriele, etc. Ratio, quia, esto concedens licentiam nolit ut peccatores propter ipsam facilius peccent; non tamen excludit quominus ii qui occasione

<sup>1)</sup> Disp. 20, n. 20 et seqq. — <sup>2)</sup> Lib. 16, n. 448 et 451. — <sup>3)</sup> Part. 3, cap. 6, n. 734. — <sup>4)</sup> De Poenit., qu. 9, art. 2, n. 4, v. f. — <sup>5)</sup> Barbi, de Consc., disp. 6, cap. 11, part. 4, n. 5. — <sup>6)</sup> Tr. 6, cap. 13, n. 16. — <sup>7)</sup> Dicast., disp. 11, dub. 6, n. 99. — <sup>8)</sup> Aversa, qu. 17, sect. 2, v. *Merito tamen*. — <sup>9)</sup> Lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 1, n. 15. — <sup>10)</sup> Covarr., Variar. lib. 2, cap. 20, n. 15, v. *Vigesimal sexto*. — <sup>11)</sup> Disp. 20, n. 129. — <sup>12)</sup> Decal., lib. 4, cap. 54, n. 18. — <sup>13)</sup> Loc. cit., n. 130. — <sup>14)</sup> Villal., part. 1, tr. 27, claus. 9, § 2, n. 19. — <sup>15)</sup> Petr. Ledesm., Sum. (edit. hispanic.), part. 1, del Sagr. de la Penitencia, cap. 18, dub. 10. — <sup>16)</sup> Tr. 6, cap. 13, n. 40. — <sup>17)</sup> Bonac., de 2<sup>o</sup> Praec. Decal., disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 3, n. 12. — <sup>18)</sup> Mofes., part. 1, tr. 7, cap. 16,

ejus peccaverint possint absolvi, si vere proponant illud vitare.

Quaeritur 4<sup>o</sup>. *An licentia data de absolvendis reservatis extendi possit ad peccata post ipsam commissa?*

Distinguendum: Si concessio facta fuit praecise pro peccatis narratis vel per tot vices commissis, tantum pro eis valere potest. — Secus vero, si licentia est concessa indefinita. Ita communissime et valde probabiliter Lugo<sup>11</sup> cum Bonacina<sup>b)</sup> et Praeposito<sup>b)</sup>; Roncaglia<sup>12</sup> cum Passerino, Mansi et Gabriele a S. Vincentio; ac Salmant.<sup>13</sup> cum Aversa, Leandro, Dicastillo, etc. Dummodo, recte limitant, non interponatur magna distantia (puta ultra mensem, ut ait Roncaglia cum Mansi) inter concessionem licentiae et commissionem novarum culparum: intellige, si pro quodam particulari poenitente sit tantum impedita licentia. Item bene advertit Roncaglia praefatam sententiam non procedere, si licentia impedita fuerit intuitu alicuius festivitatis<sup>c)</sup>.

602. — Hic addenda sunt aliqua circa reservationem casuum respectu monialium.

Quaeritur igitur 5<sup>o</sup>. *An moniales subjacent casibus et censuris ab Ordinario in dioecesi generaliter reservatis?*

Negant<sup>a)</sup> Cespedes et alii, apud de Alexandris<sup>14</sup>; quia (ut dicunt) moniales,

n. 47. — <sup>1)</sup> Aversa, qu. 17, sect. 7, v. *Septimo*. — <sup>2)</sup> Gabr. a S. Vinc., disp. 9, qu. 5, diff. 2. — <sup>3)</sup> Disp. 20, n. 122, 124 et 126. — <sup>4)</sup> Qu. 7, cap. 3, qu. 7. — <sup>5)</sup> Passerino, de Homini. Statib., qu. 187, artic. 1, num. 542 et seqq. — <sup>6)</sup> Mansi, de Casib. reserv., part. 1, qu. 1, num. 47 et 49. — <sup>7)</sup> Gabr. a S. Vinc., disp. 9, qu. 5, diff. 2. — <sup>8)</sup> Tract. 6, cap. 13, num. 39. — <sup>9)</sup> Aversa, qu. 17, sect. 7, v. *Sexto*. — <sup>10)</sup> Leander, tr. 5, disp. 12, qu. 46. — <sup>11)</sup> Dicast., disp. 11, dub. 20, n. 345. — <sup>12)</sup> Roncagl., qu. 7, cap. 3, qu. 7. — <sup>13)</sup> Mansi, de Casib. reserv., part. 1, qu. 1, n. 49. — <sup>14)</sup> Roncagl., loc. cit. — <sup>15)</sup> Cespedes, de Exempt., regul., cap. 23, dub. 247, n. 8. — <sup>16)</sup> Cap. 6, § 2, qu. 9.

<sup>a)</sup> Ex Sanchez, qui videlicet, *Decal.*, lib. 4, cap. 44, n. 10, loquitur de dispensatione voti reservati sed dubii, et negat corruere dispensationem bona fide datam, si postea veritas in contrarium detegatur.

601. — <sup>a)</sup> Filliuccius satis innuere videtur, dum, tr. 8, cap. 10, n. 262, quaerens « an peccans spe lucrandi jubilaeum, sit aptus ad illum consequendum », respondet: « Si conteratur de ejusmodi peccato et confiteatur, potest jubilaeum consequi; nam qui peccat spe veniae, non gravius peccat quam qui sine illa ».

<sup>b)</sup> Bonacina, *de Legibus*, disp. 1, qu. 3, punct. 7, § 1, n. 11; Praepositus, qu. 9, dub. 3, n. 22, absque distinctione dicunt posse absolviri (quod notat Lugo); nisi tamen, auctore Bonacina, aliud de mente concedentis colligatur. Et per hanc limitationem, Bonacina videtur insinuare distinctionem a S. Alphonso inductam.

<sup>c)</sup> Nimurum Roncaglia negat facultatem hanc extendi ad peccata commissa transacto festo.

602. — <sup>a)</sup> Cespedes dicit moniales huic reservationi « forte » non subiacere.

Quando li-  
centia ex-  
tendatur ad  
commissa  
post ipsam.

Moniales  
juxta quos-  
dam, non  
subjacent  
casibus ab  
Ordinario  
generaliter  
reservatis.

Verius  
subjacent.

cum indigeant speciali directione episcopi, juxta regulas ipsarum, non comprehenduntur legibus conditis ad directio nem universalem populi. Addunt: quia verba quae possunt accipi in genere et in specie, in materia odiosa (ut est reservatio) in specie sumi debent; ut per Seraphinum<sup>1</sup>. — Affirmat vero subjacere communis sententia cum Diana, Bordono et de Alexandris<sup>2</sup>. Quia, quando verba generalia concurrunt cum verisimili mente legislatoris, tunc omnes comprehenduntur qui in lege non sunt expresse excepti. Et haec est verior.

Quaeritur 6º. *An praedictae reservationi subjaceant etiam moniales exemptae?*

Affirmat probabiliter Tamburinius<sup>3</sup>. Quia in constitut. *Inscrutabili* Gregorii XV, statuitur quod confessarii monialium exemptarum omnino approbandi sint ab episcopo loci. Episcopus igitur (ait Tamburinius), sicut potest his confessariis limitare in approbatione tempus, locum et personas, sic etiam potest limitare casus.

Negant vero adhuc probabiliter Pelli zarius et Quintanadvenas, apud Tamburinium<sup>4</sup>, ac Pater de Alexandris<sup>5</sup> cum communi (ut asserit). Quia monasteria exempta sunt prorsus extra jurisdictionem episcopi, ac si essent extra territorium; ut communiter ibi<sup>6</sup> dicunt Bonacina, Bor donus, etc. Et quamvis episcopus debeat approbare earum confessarios quoad idoneitatem, non potest tamen ipse limitare eos approbare: cum expresse in constitut. Clementis X *Superna* dicatur posse ab episcopo limitari tempus, locum et personas; sed nihil dicitur de peccatis

<sup>1</sup> Decis. Rotae, coram Seraphino, decis. 853, n. 7. — *Diana*, part. 10, tr. 13, resol. 52, v. *Verum*; vel Coord., tom. 7, tr. 1, resol. 317, n. 8. — *Bordon.*, Decis. miscell. 419. — <sup>2</sup> Cap. 6, § 2, qu. 9. — <sup>3</sup> Tr. de Casib. reserv., cap. 3, n. 4. — *Gregor. XV*, constit. *Inscrutabili*, diei 5 Febr. 1622, § 5, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Tambur.*, loc. cit., n. 4. — *Pellis.*, de Monialib., cap. 9, qu. 15, n. 24. — *Quintan.*, tr. 8, singul. 26, n. 1. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>5</sup> Cap. 6, § 2, qu. 10. — <sup>6</sup> Apud de Alexandris, loc. cit., qu. 10. — *Bonac.*,

quae aliunde a paelatis regularibus monialibus exemptis jam reservantur.

Quaeritur 7º. *An episcopus circa clausuram, ut delegatus Sedis Apostolicae, possit reservare casus quoad moniales exemptas, v. gr. si ostio aperto loquantur cum saecularibus?*

Affirmat de Alexandris<sup>7</sup> cum Baucio. Ratio, quia (ut dicunt), stante delegatione concessa a Tridentino<sup>8</sup> episcopis, respectu ad clausuram habentur moniales tamquam non exemptae; ita ut in casu transgressionis, ipsae non jam a paelato regulari, sed ab episcopo sunt absolventae. Hocque colligunt ex decreto Clementis VIII, ubi prohibetur regularibus ne absolvant vi cujuscumque privilegii a casibus Ordinario specialiter reservatis. Sed haec ratio non satis probatur. — Unde non videtur improbabilis sententia opposita Diana et Pasqualigo (apud de Alexandris<sup>9</sup>), qui dicunt delegationem praedictam concessam episcopis respicere tantum forum externum. Verba autem Tridentini haec sunt: *Bonifacii VIII constitutionem... renovans s. synodus, universis episcopis... praecipit ut in omnibus monasteriis sibi subjectis, ordinaria, in aliis vero, Sedis Apostolicae auctoritate, clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui... procurent b.*

Hic ultimo notandum cum Roncaglia<sup>10</sup>, quod ex decretis a S. Congregatione emanatis, anno 1601 et 1602 auctoritate Clementis VIII, et anno 1617 auctoritate Pauli V, quicunque confessarii praesumentes praetextu alicujus privilegii absolvere a casibus reservatis Papae vel episcopis, incurront ipso facto excommunicationem Papae reservatam<sup>c</sup>.

de Censur., disp. 1, qu. 1, punct. 11, num. 8. — *Bordon.*, resol. 7, num. 4 et 105. — *Clem. X*, constit. *Superna*, tom. 4. — <sup>7</sup> Loc. cit., qu. 12. — *Baucius*, Miscell. casum cons., tr. 2, opusc. 3, qu. 269, petes 2. — <sup>8</sup> Sess. 25, de regular., cap. 5. — *Diana*, part. 10, tr. 13, resol. 52; vel Coordin., tom. 7, tract. 1, resol. 317. — *Pasqual.*, Ques. canon., qu. 161, n. 2. — <sup>9</sup> Loc. cit., qu. 12. — <sup>10</sup> Ques. 7, cap. 3, qu. 9, resp. 1. Cfr. Bizzarri Collectan., fol. 17 et seqq. et fol. 23, edit. 1863.

Episcopus,  
juxta quos-  
dam, potest  
reservare  
casus circa  
clausuram  
monialium  
exempta-  
rum.

Contrarium  
non est im-  
probabile.

Poenae ab  
solventium  
a reservatis  
sine faculta-  
tate.

Munus  
confessarii,  
quale.

603. — « Resp. Iº. Munus confessarii est absolvere dispositum, et non alium; item curare rectitudinem istius judicii, praesertim quando coeptum est; et reos juvare ac monere, cum prudentia tamen. — Ratio primi, ne sit injurius poenitenti. Ratio secundi, ne fiat sacrilegus. Ratio tertii est eadem; et quia debet curare ut absolutio sit efficax.

« Unde resolves:

« 1º. Etsi interdum utiliter differatur « absolutio, etiam ejus qui potest licite « absolvere, id tamen raro, nec fere nisi de « poenitentis consensu faciendum; quia potest vergere in grave ejus periculum

<sup>a</sup> Part. 1, tr. 7, resol. 55. — <sup>b</sup> Lib. 2, diss. 3, cap. 9, § 3, n. 1 et seqq. — *Fagn.*, in cap. *Ne innitarris*, de constit.,

## DUBIUM V.

Quid sit officium et obligatio Confessarii.

603. *Quid est officium confessarii. Quando autem possit aut debeat confessarius differre absolutionem (Remissive ad n. 461 et seq.). — 604. Qu. 1. An possit confessarius negare absolutionem ei qui adhaeret sententiae probabili. — Quid, si adhaeret sententiae falsae, sed probabili putatae. — 605. Qu. 2. An expediat confessario uti sententias rigidoribus vel benignioribus. — 606. Quos confessarius possit vel negreat absolvere. — 607. Quomodo confessarius teneatur rudiores interrogare. — 608. Quomodo eos instruere et disponere quantum potest. Monitum ad confessarios. — 609. Quomodo debeat eos monere de suis obligationibus. — 610. Quid, si praevideat monitionem non profuturam. — 611. Inf. 1º. Quid, si adverterat poenitentem invalidem contraxisse matrimonium cum bona fide. — 612. Quid, si matrimonium sit contrahendum. — 613. Quid, si accedant sponsi cum omnia sunt parata. — 614. Inf. 2º. An debeat semper monere de restitu tione facienda. Inf. 3º. Quid, si timetur scandala aliorum. — 615. Excip. 1. Quando damnum est contra bonum commune. — 616. Excip. 2. Quando poenitens interrogat. Excip. 3. Quando brevi speratur fructus. Utrum autem in dubio de fructu et nocu mento fieri debeat moniti. — 617. Confessarius ministrans debet esse in gratia. Quomo do autem peccet qui plures praebat absolutiones in mortali successive (Remissive ad Lib. V, n. 50). — Quid, si in mortali tantum audiat confessionem. (Remissive ad hunc Lib. VI, n. 36). — Et quid, si urgeat necessitas absolvendi. (Remissive ad n. 33, ibid.). — 618. Quomodo teneatur confessarius reparare defectus a seipso commisso. — 619. Dub. 1. Ad quid tenetur, si erravit circa valorem sacramenti. — 620. Dub. 2. Ad quid, si error fuit circa integratatem confessionis. — 621. Dub. 3. Ad quid, si deobligavit a restitutione facienda. Et an teneatur ad restitutionem, si cognito errore, non moneat. Quid, si culpabiliter deobligavit cum poenitens erat dispositus, et postea poenitens renuit parere monitioni. Quid, si tantum omittat monere. — 622. Dub. 4. An possit monere poenitentem de his defectibus, sine ejus licentia, extra confessionem. — 623. Quae et quanta sit obligatio confessarii audiendi poenitentes. — 624. An confessarius non parochus teneatur cum periculo vitae absolvere peccatorem moribundum. — 625. An tutus sit in conscientia sacerdos simplex qui renuit munus confessarii exercere, si populus est in gravi necessitate spirituali.*

« vel damnum. Vide Diana<sup>1</sup>. — [Quando confessarius teneatur vel possit differre absolutionem, vide dicta ex n. 461].

604. — « 2º. Absolvendus est qui adhae ret sententiae probabili; quia est dispositus situs».

Quaeritur 1º. *An possit absolviri poenitens qui vult sequi opinionem contrariam illi quam teneat confessarius<sup>a</sup>?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Concin<sup>2</sup>; item Fagnanus, Baronius<sup>b</sup>, Elizalde, Gonzalez, etc., apud Croix<sup>3</sup>. — Ratio, quia poenitens tenetur stare judicio confessarii, qui est judex: alias erit indispositus ad absolutionem.

<sup>a</sup> Part. 1, tr. 7, resol. 55. — <sup>b</sup> Lib. 2, diss. 3, cap. 9, § 3, n. 1 et seqq. — *Fagn.*, in cap. *Ne innitarris*, de constit.,

Adhaerens  
opinioni  
probabili,  
absolven-  
dus.

servatis: « Absolvere autem praesumentes sine debita facultate; etiam quovis praetextu, excommunicationis vinculo Romano Pontifici reservatae innodatos se sciant, dummodo non agatur de mortis articulo».

604. — <sup>a</sup>) Dubium movetur de casu quo poenitens capax est sibi formandi conscient-

iam rectam. Si vero est indoctus, adeo ut nequeat sibi formare conscientiam rectam de probabilitate illius opinionis, certum est tunc eum non posse absolvere. Ita S. Doctor, in Hom. ap., tr. 16, num. 118.

<sup>b</sup>) Vincentius Baronius, *Theol. mor. aduersus laxiores probabil.*, disp. 2, sect. 3,

<sup>b</sup>) Et addit Trident.: « Inobedientes atque contradicentes per censuras ecclesiasticas aliasque poenas, quacumque appellatione postposita, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis».

<sup>c</sup>) Nunc tamen, ex constitutione Apostolicae Sedis, plectuntur excommunicatione reservata Romano Pontifici illi qui absolvere praesument sine debita facultate a casibus speciali modo eidem Romano Pontifici re-